



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

125. Cui est facienda restitutio ex omissione Horarum? Ex p. 2. tr. 12. res.  
27.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

Sup. hoc in Ref. 125.

capum, in fabricam Ecclesie, aut elemofynas pauperum teneatur. Super quas Pontificias Constitutiones videndi sunt, Nauert. in *Manuali*, c. 25. n. 122. Summa Corona p. 1. c. 1. n. 93. Fulchus de *visitatione*, lib. 2. c. 20. n. 22. M. Ant. Cucchus in *insit. lib. 5. n. 7. n. 39.* & Gigas de *pensionibus* q. 30.

2. At ego contrariam sententiam, tanquam probabilem, ei, si illam sequi vellet, demonstraui. Nam Syluius in 2. 2. q. 83. art. 13. concl. 4. Homobonus in *exam. Eccles.* p. 1. tractat. 4. c. 5. q. 42. Molfesius in *summa*, tom. 1. tract. 5. c. 3. n. 26. Fernandez in *suo exam. Theol.* p. 3. c. 13. §. 8. n. 2. Henricq. lib. 13. c. 13. n. 2. Tolerus lib. 2. c. 12. n. 2. Sotus lib. 10. q. 5. art. 6. Aragonius 2. 2. q. 83. art. 13. Medina lib. 1. c. 14. §. 11. Petrus de Ledelma in *summa*, tom. 2. tract. 9. cap. 4. conclus. 11. Raphael Torres in 2. 2. tom. 1. quest. 83. de *Horis Canonici*, contr. 9. num. 40. & Lessius lib. 2. cap. 34. num. 77. asserunt, eum, qui habet beneficium curatum, non teneri restituere, nisi partem correspondentem obligationi recitandi Horas:

Sup. hoc & seq. de mpta vltim. diffie. huius §. in Ref. seq. & pro Beneficariis lege infra doctrinam §. pen. & vlt. Refol. 139.

vt, verbi gratia, Parochus, & Episcopus quintam partem pro rata restituant; reliquis quatuor, ratione tituli & onerum, retineant, Canonici quartam partem restituant; alij beneficiarij tertiam. Hec Henriquez, qui citat Lopez, Pennam, Cuevos, Gallo, & alios. Licet talis moderatio videatur Lessio iusto laxior, presertim in Canonici, & alijs, qui non habent aliud onus, quam precum. Vnde eam limitat ad eos beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum proportionem. Toletus lib. 2. c. 12. n. 9. putat, pro toto omisso Officio restituendam esse tertiam partem fructuum illi diei respondentium: quem sequitur Fernandez, *vbi supra*, Tandem addam in fine huius dubitationis doctrinam notabilem Ioan. de Salas de *legib. disp. 1. §. sect. 2. num. 27.* qui contra Vasquez putat, quod si contingat, Canonicum canonicatus grossam prius verè, & absolute lucrari, antequam Officium omittat; nihil eius debere restituere; quia pena non est, vt fructus iam suos restituat; sed vt non faciat fructus suos. Hec ille.

RESOL. CXXIV.

*Beneficiarius omittens recitationem Horarum quomodo debeat fructus restituere, & quid pro toto officio; & quid pro singulis Horis Canonici? Idem aduertitur de Episcopo, Canonico, & Parocho. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 111.*

Sup. contentio in hac Ref. lege doctrina Ref. precedentis per totam, & signanter à medio §. 2. & pro beneficiariis vide infra doctrinam §. pen. & vlt. Refol. 139.

7. Circa hoc in Bulla particulari anni 1561. cita disponit Pius V. quod qui per vnum diem totum Officium omiserit, tenetur restituere omnes fructus illius diei; qui Matutinum tantum omiserit, dimidiam partem, qui reliquis omnes horas, alteram dimidiam, qui harum singulas, v. g. Laudes, vel Primam, vel Tertiam, Sextam, aut Nonam, sextam partem fructuum illi diei respondentium; sed hæc Bulla cum tanto rigore accepta non videtur, ait Henriquez cap. 13. de *excommunicatione*, num. 2. in *glossa lit. Z.* vbi refert praxim cum sapientum consilio hunc rigorem ita moderare, vt Parochus & Episcopus quintam partem fructuum pro rata iuxta decisionem supradictam restituant, reliquis partes quatuor ratione tituli & onerum retineant, Canonici quartam partem restituant, alij verò simplices beneficiarij tertiam similiter habentes præstimoniam, & pensiones Ecclesiasticas. Verum hæc moderatio, vt alibi adnotauimus, videtur Lessio lib. 2. cap. 34. dub. 22. num. 177. nimis laxa, presertim in Canonici & alijs, qui non habent aliud onus, quam precum, vnde eam limitat ad alios beneficiarios, qui alia onera habent, idque iuxta onerum propor-

tionem. At his non obstantibus Egidius de Trulench in *expofit. Bull. Crucata*, lib. 3. cas. 2. num. 3. putat opinionem supradictam Henriquez esse tutam & probabilem; ego verò in hac quaestione de meo nihil dicam, & nihil ponam, solum referre volui quod alij dixerunt.

RESOL. CXXV.

*Cui faciendum sit restitutio ex omissione Horarum Canonicarum? Ex p. 2. tr. 12. Ref. 127.*

1. Respondeo, faciendam esse fabricæ beneficij, vel pauperibus, vt patet ex Bulla Pij V. & ex Doctoribus communiter; sub nomine verò fabricæ continetur non solum propria Ecclesia beneficij, sed fabrica domus beneficij, in qua beneficiarius habitat, vel alterius domus ipsius beneficij, vel vtilitas in emendis, vel meliorandis agris, vt fructus in perpetuum augeantur. Ita Suarez de *Relig.* tom. 2. lib. 4. c. 30. n. 19. & alij.

2. Sub nomine verò pauperum intelliguntur etiam pauperes alterius loci, in quo non est situm beneficium, & intelligitur etiam ipse beneficiarius si sit pauper, & id non fiat in occasione non recitandi, & eius mater, fratres, aut sorores, non solum si sint mendici, sed etiam si necessarii ad decentiam personæ, & status careant, quales sunt multi nobiles. Ita Faustus de *Horis Canon.* lib. 2. q. 28. & Villalob. in *sum.* tom. 1. tract. 24. dub. 17. n. 9. Fernandez in *exam. Theol.* part. 3. c. 12. §. 8. n. 3. & alij.

3. Hæc etiam restitui potest fieri Missis, & alijs suffragiis in vtilitatem defunctorum; nam ipsi sunt etiam iudicantes. Ita Filliucius tom. 2. tract. 23. c. 10. n. 325. qui citat Suarez, & alios.

RESOL. CXXIV.

*An Beneficiarius, qui omittit Horas Canonicas, liberetur à restitutione fructuum propter elemofynas pauperibus largitas, non tamen hoc intuitu? Et quid est dicendum de alijs debitis, an contrarium sit sentiendum? Ex part. 3. tractat. 6. & Misc. Ref. 17.*

1. Hæc casus mihi contingit, & ab onere restitutionis consulentem liberaui, nixus auctoritate Pauli Layman in *Theol. mor. lib. 3. sect. 3. tract. 2. c. 12. n. 9.* vbi sic ait. Quando obligatio restituendi, puta pauperibus, ex iure Ecclesiastico tantum promanet, arbitror probabiliter dici posse elemofynas, quæ cum tali obligatione, quamvis figurate non animo satisfaciendi factæ sint, tamen ad eas extinguendas prodesse possent. Exempli causa. Vnde Confessario ad confessionem, qui toto anno officium recitare neglexit, & ideo in pijs causis 300. aureos restituere deberet, tali obligatione Confessario illi significata, respondet, se quamuis huius obligationis immemorem, his ipsis diebus statuan argenteam Ecclesie alicui donasse, quæ 300. aut amplius aureis æstimeretur, puto potius quia non desunt Doctores qui ita sentiunt; tum, quia videtur esse virtualis intentio omnium dantium elemofynas, satisfaciendi per eas omnibus obligationibus quas suis peccatis, aut negligentis contraxerunt; tum denique quia leges Ecclesiasticæ benignè explicari debent. Ita Layman, & ego.

2. Notandum